



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Theodorus Risvvig.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

tus ipse fuit Petrus, post tres quos in Societate habuit fratres, omnes viros Apostolicos; quorum vnus prædixit, fore vt ipse in fidei Christianæ odium caderetur. ipse quoque Petrus ante quàm initiaretur, aliquando in templo Deum precatus, visus sibi est à barbaris trahi, vexari, occidi.

P. Theodorus Risy vig.

Ab hæreticis hoc ipsum ad id sufficere quòd Iesuita esset dicentibus, in carcerem catenamque compactus, ibi sexto ferè mense felicium ærumnarum decessit. Moriturus, num alieno esset animo ab eo quem suæ captiuitatis, adeòque mortis acceleratæ, authorem esse nosset, rogatus; respondit: se alienum ab illo animum mini-

*Mors.
præuisa.*

*Belga.
Neomagi.
4. Iulij.
1624
ætat. 60.
Soc. 44.*

Charitas.

Prædictio. mè habere. Prædixit tamen, Dei tribunali sistendum breui & illum & se; atque ibi causam vtriusque discutendam. Vates fuit. etenim ille de quo loquebatur, & quem priore ante se loco expresserat cùm de morte loqueretur, aliquot horis ante P. Theodori mortem è vita ereptus est. Alius item eius mortis reus, linguâ tetrum, in modum intumescente ac exertâ miser interijt.

*Iudicium
Dei*

P. Antonius Daniel.

*Gallus.
in nov. 2.
Francia.
4. Julij.
1649.
atat. 49.
Soc. 28.*

Fides.

E primis hic vnus fuit qui ad arduas illas Huronum Neo-Indias profecti sunt: ibique per ipsos annos 15. strenuè sudavit. Illius, ac sociorum operæ pretium, sunt illi mille septingenti, qui intra paucos annos Christo istic adiuncti sunt. Antonius hoc